



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Nemo ignotus sou peregrinus, etiam Regularis ad Missam celebrandam,  
Sacramenta ministranda, aliave Diuina peragenda admittatur absque  
licentia Archiepiseopali, n. 56.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

presentes statuunt. Quod dum religiosè faciunt, & obedienter ordinationibus parent, per quas antiqui Canones in vsum reuocantur, plus in vera pietate proficiunt, quam si ex priuata deuotione, ad domesticas Missas importunè consensum extorqueant, vel sub prætextu Præuilegij, irreligiosam foueant singularitatem.

a c. Sicut c. Missarum s. hic ergo c. nullus presbyter. c. non oportet. c. clericos de consec. dist. 1. b Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obser. & euit. in celebratione Missæ.

Nemo ignotus seu peregrinus, etiam Regularis ad celebrandam Missam, Sacramenta ministranda, aliave diuina peragenda admittatur absque licentiâ Archiepiscopali.

LVI. Ne per vagos aut ignotos Sacerdotes aliquid noui in ritibus & ceremonijs diuini officij introducatur, vel alioquin nascatur scandalum, aut irreuerentia, quæcunque, cum sacrum Oecumenicum Conc. Trid. tum Prædecessores



res nostri Archiep. Colon. b rectè statuerunt, de vago, ignoto, aut peregrino Clerico aut Sacerdote non admittendo ad sacra ministeria, firmiter obseruari mandamus, atque omnibus modis interdiciamus, ne quis vagus, ignotus, vel peregrinus Clericus aut Sacerdos, etiam Regularis in vlla Ciuitatis vel Diœcesis nostræ Ecclesia siue seculari, siue regulari, ad celebrandam Missam, Sacramenta administranda, aut etiam ad prædicandum verbum Dei, aliosve sacros actus admittatur, nisi ostensis prius sui ordinatoris litteris, quæ formatæ vulgò nuncupantur, & Ordinarij sui authenticis testimonialibus, ac Dimissorijs litteris, quibus videlicet de ordinatione sua legitimè adepta, deque vitâ, moribus, eruditione ac titulo fidem faciat, doceatq; nullo Ecclesiastico impedimento se ab executione ordinis arceri. Et ne aliquando falsæ litteræ ad sacrificandum obtendantur, omnium Ecclesiarum Rectoribus, Pastoribus & Superioribus præcipimus, vt deinceps nullum Sacerdotem alterius Diœcesis, ad Sacrosanctum Missæ officium celebrandū in suis Ecclesijs admit-



admittant, aut in Sacellanum, Chorificium, vel Cantorem recipiant, nisi prius ipsis litteratoriè constiterit, quod litteræ testimoniales ac dimissionales huiusmodi per Nos seu Vicarium nostrum generale vix fuerint & examinatae, quodque qui illas praesentat in his quæ ad vitam, mores, doctrinam, nec non ad ritus & caeremonias Sacrificij Missæ pertinēt, diligenter examinatus fuerit, & ad celebrationem Missarum, aut Sacramentorum administrationem approbatus.

a Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obser. & e-  
 uit. in celebratione Missæ. & sess. 23. de re-  
 form. c. 16 in fine. b Statuta VVichboldi Ar-  
 chiep. Colon. c. 3. pag. 51. Henrici Archie-  
 pisc. Colon. c. 10. pag. 63. Philippi Archiep.  
 Colon. pag. 283. Adolphi 3. Archiepiscop. Co-  
 lon. pag. 462. col. 1. §. post hæc. Conc. Prouinc.  
 Colon. sub Hermanno 5 p. 1 c. 31. Conc. syno-  
 dale sub Ernesto An. 1598. tit. 4.

1. In Ecclesiis violatis ante reconciliatio-  
 nem non fiat Sacrificium.
2. Altarium portatilium vsus tollitur.

LVII. Denique mandamus innouā-  
 do decretum Synodi Diœcesanæ sub de-  
 cessore